

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Scandalum d
cum fonte primo

Non omnium scandala equa sunt lance
pensanda; aliter namque accipienda sunt
scandala pusillorum et aliter
Phariseorum.

Illorum quippe scandalum de ignorancia,
istorum de malicia descendit; illi
scandalizantur quia ueritatem nesciunt,
isti quia oderunt.

Bernardus de precepto et dispensacione.

Sed
non omnium scandala aequa sunt lance
pensanda. Aliter namque accipienda sunt
scandala pusillorum et aliter
Pharisaeorum, de quibus Apostolis,
timentibus et intimantibus quod
scandalizati essent in sermone Veritatis,
responsum est: SINITE ILLOS; CAECI
SUNT, DUCES CAECORUM.
Illorum quippe scandalum de ignorantia,
istorum de malitia descendit. Illi
scandalizantur, quia veritatem nesciunt;
isti, quia oderunt.

Bernardus Claraeuallensis, *Liber de
praecepto et dispensatione*, 9, 20 (SBO
3, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M.
Rochais eds., p.267, ll.17-22).